



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CCXXXII. Stiftung der Messe Rorate im Schlosse zu Sonnenburg, vom 2.
Februar 1460.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

CCXXXII. Stiftung der Messe Rorate im Schlosse zu Sonnenburg, vom 2. Februar 1460.

Ad sempiternam Dei omnipotentis laudem et honorem omnium suorum sanctorum, specialiter tamen ad intemerate Dei Genitricis Marie perpetue Virginis, quam ad condignum humana nescit fragilitas venerari preconium extollendum, ob nostre nostrorum progenitorum omniumque fidelium animarum refrigerium et salutare rependium, missam de ejusdem Benedicte Virginis Annuntiatione, Rorate dietam, cum omnibus suis officiis in Capella foris Castrum nostrum Sonnenborgh super Altare inibi erectum et dedicatum, hactenus tamen non dotatum, ordinavimus, erigimus et fundamus omni die ejus temporibus a Festo sancti Michaelis in ortu Diei usque ad sanctum Pasche Festum, de Pascha vero vice versa ad Festum sancti Michaelis in ortu Solis solempniter alta voce decantandam. Et ut hac ordinatio pariter et fundatio sempiternum fortietur vigorem tunc ad eandem Missam decantandam ordinamus duos ydoneos aut nostre religionis aut seculares presbyteros, ita ut hij alternatis vicibus unus per unam, alius per aliam ebdomadas et sic deinceps Missam istam temptent et decantent. Quibus pro victu et sustentatione presenti ordinamus et fundamus liberas et perpetuas foris dictum Castrum nostrum habitationes Pariter et in Castro cottidianas expensas; Et pro ulteriori sustentationi et emolumento annuatim undecim sexagenas grossorum, octo denarios pro grosso etc. Ita etiam ut unus illorum Presbyterorum ad ejusdem Ville Ecclesiam Parochialem sit canonicè presentatus et institutus, quam insimiliter alternatis vicibus ut premittitur cum officiis more solito attemptent, ut qui de Missa vacauerit et ille Parochiam visitet. Quecunque vero de Missali annona etc. de ipsius Ecclesie emolumentis acciderint ut hec simul hij duo Presbyteri eque dividant una cum undecim sexagenis preactis: Preterquam quod ex toto simul collecto Rectori Parvulorum in Sonnenburgh pro tempore existenti dent et exsolvent unam sexagenam, pro qua ad eandem Missam decantandam cum uno aut duobus Juvenibus debeat esse obligatus etc.

Actum in Castro Sonnenborgh, Anno 1460, ipso die Purificationis sancte Marie.

Aus einer Beckmann'schen Abschrift.

CCXXXIII. Kurfürst Friedrich bestätigt dem Johanniter-Orden seine Besitzungen,
am 5. November 1460.

Wier Friederich, von Gottes gnaden Marggraff zu Brandenburg, des heiligen Römischen Reichs Ertzcämmerer vnd Burggraff zu Nürnberg etc., Bekennen öffentlich mit diesem Brieff für vns, vnser Erben vnd Nachkommen Marggraffen zur Brandenburg vnd sonst allermänniglich, die diesen brieff sehen, hören oder lesen, daß wir vns mit dem würdigen vnserm Rath vnd lieben getreuen, Herren Liborius von Schlieben, Meister sanct Johannisordens, vnd dem Orden von aller sachen vnd Irnüs wegen, wie sich die begeben haben vnd bis auff diese Zeit datum dieses brieffes verlauffen vnd erstanden sein, von aller Güther, Schlöfser, städte, häufer,